Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

tum durum et quo ad vestitum asperum
et quo ad locum desertum · eius doctrina vel
sive de deo · sive de se ipso · sive de proximo
eius operacio fructuosa · quia multos voca
do baptizando et iustificando In primo fuit
exemplar religiosorum · in secundo doctorum
in tercio prelatorum · Si omnis talis esset predi
cator omnis replicaret · quo ad claustrales · et
iudei · quo ad clericos · et regio quo ad laycos
venirent confitentes peccata sua tam venialia
quam mortalia · venirent et Ihesus ad eis ·
ad sanctificandum eos · et verbo · et remedio
et exemplo Ad maiorem autem expressionem
predictorum locus ubi facta sunt determinatur
consequenter · cum subiungitur · Hec in be
thania facta sunt trans Iordanem ubi erat Io
hannes baptizans · Ut enim dicit Crisostomus
non in domo nec in angulo · cristum predi
cabat · sed Iordanem transiens in media
multitudine presentibus omnibus qui ab
eo baptizabantur In bethania que domus
obediencie interpretatur · Iohannes baptizare dicitur
ut quod ex obediencia dei venerat · xpisti videlicet
ad immolandum pro redempcione mundi
ostendatur · et ut intelligant homines
quia si a peccato originali · quod per inobedi
enciam primorum parentum contraxit absolvi
desiderant submisso corpore et devoto
corde · baptismi sacramentum suscipere
et per obedienciam fidei omnes ad baptismum
pervenire debent · et ut significet quod bap
tizatus obediencia convenit · Est autem dicta betha
nia una est quedam villa citra Iordanem
ad duo miliaria de Iherusalem in latere montis
oliveti · ubi lazarus fuit suscitatus · a
lia de qua iam dictum est · sita supra Ior
danem · ex altera tamen parte fluminis
scilicet in parte duarum tribuum et di
midie · a Iherusalem itinere dieti unius · ubi erat
Iohannes baptizans scilicet in confinio gentium
et iudeorum · ut hiis et illis ostenderet baptismum
eius · Et ibi trans Iordanem baptizabat quod gentes
communius quam iudei baptismum reciperent
Iohannes beatissime precursor
cristi preco iudicis · amicus sponsi
vox verbi divini · qui placitum ere
redempcionis annunciare meruisti · impetra
michi misero · apud eundem dominum nos
trum Ihesum cristum · tuis sanctissimis preci
bus · ut purgato a viciis pectore · et or
nato virtutibus · parem secundum salubria
tua monita viam domini · et rectas facia
semitas eius · quatinus in extremo iudicio ad
aream eius sic mundavit et triticum
a paleis separaverit · merear inter grana
tritici · et electos suos inveniri · et horreum
celestis mansionis cum eis recipi Amen

De penitencia facienda xx capitulum

Dixit vero de
penitencia · per quam regnum
celorum appropinquat et
via domini paratur · tactu
est in precedentibus · nunc
consequenter · de ipsa aliquid latius vide
amus · Ad veram itaque penitenciam duo
que amor dei · et odium peccati facit in
omnia requiruntur · scilicet quod peccator · de peccatis
preteritis doleat · et nunquam iterata vice
peccandi firmam voluntatem habeat
Sine hiis duobus quia vera non est · quia sine eis
nec deus peccata dimittit · nec sacerdos ab
solvere potest · a peccatis · Unde beatus Gregorius
siquidem penitencia est · sine intermissione
temporis · de preteritis malis dolere · et
sic plangere commissa · ut non committat
plangenda · Irrisor enim est · et non vere
penitens · qui adhuc agit · quod peniteat
Si ergo vis verus penitens esse · cessa a peccato
et amplius noli peccare · quoniam inanis
est penitencia · quam sequens coinquinat
culpa · Unde et Gregorius penitencia quippe
agere est · et perpetrata mala plangere · et
plangenda non perpetrare · Nam qui sic alia
deplorat · ut tamen alia committat adhuc